UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Loquens triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Visual Library

riculoſum eſt cum his qui prauę uo-
luntatis ſunt ſociari . melius eſt enim
malorũ odium habere quàm conſor-
tium. Secundum eſt , omni uerbo au-
Iſyd. rem accõmodare . Iſydorus . Claude
aures tuas ne audias malum , reſpue
ſermones impudicos , quia unus ſer-
mo cito polluit mentem & facile agi
tur quod libenter auditur . Tertium
eſt loqui raro . Vnde Philoſophus.
Ad ſummam perfectionis uolo te eſſe
breuiloquum, rariloquum & ſummiſ-
Ambr. ſa uoce loquentem. Et D. Ambroſius.
Tenendus eſt modus in loquendo, &
ab ipſis nonnunquam utilibus uerbis
parcendum , quia ſępe contingit, ut
dum multa bona uerba proferre ui-
dentur, ad aliquid prauum deriuetur.
Quartum eſt examinatio locutionis.
Hieron. Vnde Hieronymus . Prius ſit ſermo
Ecc. 21 ad limam, quàm ad linguam. Eccleſia
ſticus. Verba prudentium ſtatera pon
Idem, 21 derabuntur. Idem . In ore fatuorum
cor illorum , & in corde ſapientium
os illorum.

## *Loquens triplex.*

Pſ. 141. PRimus eſt ſuperborum iniqui-
tas . In uia hac qua ambulabam
abſconderunt mihi . Secundus

eſt auarorum cupiditas Timo.6. Qui 1.Ti.6.
uolunt diuites fieri, incidunt in tenta
tionem & laqueum diaboli, &c. Ter-
tius detractorum peruerſitas eſt. Ec- Ecc.51
cleſiaſticus.51. Liberaſti corpus me-
um a perditione, a laqueo linguę ini-
quæ, & à labiis operantium iniqui-
tatem.

## *Liber quadruplex.*

PRimus eſt gloriæ, in quo legunt
ſoli angeli, et ſancti, qui ſunt
cum Deo. Vnica enim uiſio hu-
ius libri reddit hominem ſcientem.
Vnde P. Auguſtinus. Habemus unum
doctorem in cælis, quem ſemel uidiſ- Auguſ.
ſe, didiciſſe eſt. De hoc libro legi-
tur Lucę.10. In hoc nolite gaudere
quia ſpiritus uobis ſubiiciuntur, ſed Luc.10
potius gaudete, quia nomina ueſtra
ſcripta ſunt in cælis. Secundus eſt gra
tiæ, iſte liber eſt Chriſtus. Apoc. 10. Apo.10
Et uide in dextera ſedētis ſuper thro-
num, librum ſcriptum intus et foris.
In hoc libro poſſunt legere omnes, ſi
licet, mares, & feminę, ſcientes lite
ras, et non ſcientes. Vnde Pſal. In ca Pſal.39
pite libri ſcriptum eſt de me. Dicit
Gloſſa. In capite libri, ideſt, in conſi- Gloſſa.
lio diuinitatis, quæ eſt caput meum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN